F. LVYSII LE-
GIONENSIS AVGV-
ſtiniani diuinorum librorum
Primi apud Salmanticenſes
interpretis.

IN PSALMVM VIGESIMVM-
SEXTVM EXPLANATIO.



SALMANTICAE,

Excudebat Lucas à Iunta. M.D.LXXXII.

CVM PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO D. D. GASPARI Quiroga, S. R. E. Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, rerum fidei ſupremo iudici. F. Luyſius Legionenſis Auguſtinianus. S.P.D.

R*ES aduerſas, Quiroga Cardinalis ampliſsime, vulgo homines in malis ponunt, Stoici in fugiendis numerabant, rectè autem inſtituta ratio, diſciplinaque Chriſtiana in bonis ducit. Non quòd acerba, & amara, amara & acerba non ſint: ſed quod ægris amara quæ ſunt, ſæpè ſint ſalutaria. ægrotamus autem omnes: laboramuſq; alij alijs animorum morbis. Quamquam & ſæpè bonis præſertim, & Dei amatoribus*

IN PSALMVM VIGESIMVM-SEXTVM EXPLANATIO.

QVAMQVAM hic Pſalmus apud Hebræos ανεπιγραφος eſt, id eſt, ſine hiſtoriæ argumēto, tamē, quod è Græca inſcriptione colligitur, videtur ſcriptus à Dauide eſſe, quo tēpore Saulē fugiebat, atq; ea occaſione potiſsimū, quod ad ipſum Ceilę cōmorantē cōfugiſſet Abiatharus ſacerdos, eiuſdē Saulis & ipſe iram, & crudelitatē declinans. Nā cum Dogęus quidā genere Idumæus Saulis Regis libertus, ad ipſum Regē detuliſſet Nobe in ædibus ſummi Sacerdotis Achimelechi, Dauidē verſatum, ab eodē fuiſſe adiutū, & cōſilio, & armis, & cōmeatu: ira exarſiſſe Saul ſcribitur: & vt ſunt Regum in ira

præci-

SALMANTICAE,

Excudebat Lucas à Iunta. Anno

1 5 8 2.